



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censuris, In Qua Sex Disputationibus De Poenis Ecclesiasticis, deque  
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

Abschnitt

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76667)

In ordine, quæ incipit: *Romanum Pontificem*, quam confirmavit Pius V. in Bulla 85. incipiente: *Involuntabilis multorum peruersitas*, aduersus eos qui beneficia conferunt, eligunt, vel præsentant, seu resignant animo declarato, vt beneficium sibi, vel alteri resignent, vel fructus in totum vel in parte soluatur, quæ simonia confidentialibus nuncupatur. De qua latè egi *tractat. 17. disputat. vltim. de simonia punct. 18. & 25.*

Tertia est, quam idem Pius V. in Bulla 87. quæ incipit: *Inter multiplices curas*, quibus ex pastoralis officij debito, tulit aduersus Clericos Episcopo inferiores, qui obtinentes à Pontifice Ecclesias parochiales cum iuramento illis intra certum tempus personaliter inseruiendi, iuramentum non adimplent. Item aduersus eos qui prædicta beneficia resignant, permittant, vel cedunt quavis causa, & occasione, & aduersus eos quæ beneficia resignata, permittunt, vel cessa acceptant, & recipiunt. Quinimo aduersus omnes illos sine Clerici, sine laici sint, qui in prædictis auxilium, consilium, vel fauorem scienter præstiterint. Hæc excommunicatio, vt bene notat Bonacina *1. 3. disputat. 2. quest. 5. punct. 1.* vsu videtur abrogata, cuius iudicium est non referri in Bullario nouo, neque prædictum iuramentum in prouisionibus parochialibus Pontificis exigitur.

Quarta refertur in Concilio Lateranen. *sess. 11.* à Leone X. in Bulla quæ incipit: *Suprema maiestates*, vbi omnes tam sæculares, quam regulares excommunicatione reuerentia subicitur, si sacram scripturam contra proprium sensum ab Ecclesia approbatam explanare, & prædicare præsumpserint: Notandaque est dictio *contra*, quia sola explicatio, & prædicatio aduersa sensui ab Ecclesia recepto damnatur, non autem quæ præter est, vt bene aduertit Azor. *titul. 1. in finem. moral. l. 3. capite 2. quest. 3.* Eadem excommunicatio subicit eos qui tempus præfixum futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, aut certum diem iudicii prædicare, vel asserere præsumunt, cum Veritas dicat: *Non est verum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Actandem eadem excommunicatio innotandatur qui de cætero in sermonibus suis publicis alia quoque futura ex litteris sacris constanter prædicare, vel illa ab Spiritu Sancto, aut Diuina reuelatione se habuisse affirmare, vel alienas inanes diuinationes asseruando, aut alio quoquo modo tractando allumant. Vnde infertur nullam futurum euentus reuelationem se posse publicè prædicare nisi ex licentia Pontificis, aut si periculum sit in mora, & necessitas urgeat ex licentia Ordinarij, re prius cum tribus, vel quatuor viris doctis diligenter examinata. Miracula verò ficta, aut incerta prædicare est grauissimum peccatum sit, huic tamen excommunicatio non subicitur: sicuti aduertit Suarez *disputat. 22. sect. 6. numero 8.* & Bonac. *disputat. 2. quest. 6. punct. 2. numero 10.*

Ad extremum aduerto hanc excommunicationem, sicut & plures alias statutas in dicto Concilio Lateranen. sub Leone X. vsu receptas non esse, teste Caiet. *verbo Excommunicatio, cap. 8. l. 1. Nauar. c. 27. num. 110.* Bartholomæo Carranza *in sum. Concil. in fine illius Concilij.* Et inclinat Suarez *disputat. 22. sect. 6. num. 8.* Filiuc. *tract. 1. c. 7. q. 6. numero 117.* Bonac. *supra, num. 10.*

Vt verò de excommunicationibus Specialiter contra Religiosos latas, extra ius commune contentis loquamur, enumerati primò potest, quam tradit Concil. Trident. *sess. 2. cap. 5. de Regularibus* aduersus ingredientibus monasteria monachum absque licentia Episcopi in scriptis obtenta, & licet ibi non referretur excommunicatio, reuerentia tamen est in Bulla Pij V. quæ incipit *Regularium personarum*, & in illa eiusdem incipiente: *Romanum Pontificem*, vbi etiam sermo est de mulieribus monasteria vitorum ingredientibus, de quibus excommunicatio latè egi *tract. 16. de relig. disputat. 4. à punct. 8. & seqq.* neque in præfenti aliquid noui dicendum occurrat.

Secundò referri possunt excommunicationes contentæ in particularibus priuilegijs cuiusque Ordini concessis, vti est illa quæ refertur à S. Antonin. *3. part. tit. 24. cap. 70.* Armilla *verbo Excommunicatio, cap. 67.* Suarez *disputat. 22. sect. 5. num. 17.* Filucio, *tract. 1. c. 7. quest. 7. num. 197.* Bonac. *disputat. 2. q. 5. punct. 2. n. 4.* concessisse Clement. X. in fauorem Ordinis Prædicatorum, ne absque licentia Pontificis, vel suorum superiorum Religiosi Ordinis Prædicatorum à Minoribus recipiantur alioquin Minores recipientes in excommunicationem incidunt. Item qua prohibentur Claustrales Minimos recipere sine licentia Pontificis, iuxta Bullam Iulij II. quæ incipit: *Virtute conspicuos*, Præterea quæ subiciuntur excommunicationi detinentes in suis Ecclesijs, vel contentibus apostatas Ordinis Prædicatorum, teste Antonino *3. punct. tit. 24. cap. 70.* Item qua ligantur Fratres Ordinis S. Augustini, qui præterea actioris regulæ ad alium Ordinem transfuerint sine licentia Prioris Generalis, & recedentes ab eo Ordine, nisi intra octo dierum spatium redierint: vti traditur in *Memoriali clericorum, capite 9. excommunicatio. 37.* Omittit excommunicatio Ferd. de Castro. *Sum. Mor. Part. V.*

nicationem latam à Pio IV. & V. aduersus omnes Religiosos Societatis, qui inconulto Generali actualium Ordinem excepta Carthusia, transferunt, & aduersus eos recipientes, quia *punct. 5.* hanc excommunicationem explicuit, explicans Extrauag. *Viam ambitiosa*, vbi notat ex privilegio Carmelitis concessio, non posse Societatis Religiosos, neque etiam ad Carthusiam transire absque licentia obtenta nostri P. Generalis. Deinde ex Bulla Pauli III. quæ incipit: *Cum sicut*, excommunicantur Minimi se ab obedientia Correctorum subtrahentes, & in Bulla Leonis X. quæ incipit: *Licet alijs*, subiciuntur excommunicationi Tertiarj Eremitæ, & detrahetur habitus Minorum. In Bulla verò Pij V. quæ incipit: *Pastoralis officij*, confirmata à Gregor. XIII. in Bullis incipientibus: *Conuenit Romanus* excommunicantur Minores de Observantia, qui in electionibus, vel ante eas per sex menses pro se, vel pro alio subornauerint; vocæque actiua, & passiva perpetuò priuentur. Qui verò ad officium in Religione obtinendum quorumuis fauorem extra religionem procurauerint ultra prædictas penas excommunicationis, & priuationis vocis actiua, & passiva per mensem carceri mancipandi sunt. Cæterum autem subornationem committere qui promissione, seu donatione villi suffragia querit, fauorem verò exterrorum procurat, qui potentum petitionem interpellat. Insuper Clemens V. prohibuit sub pena excommunicationis Fratres Minoribus, ne Tertiaros Ordinis S. Francisci tempore interdicti in suis Ecclesijs ad Diuina audienda admitterent; eo quod populus scandalum accipiebat, videns cæteros omnes excludi illis solum admissis. Tandem Paulus V. *in sua constitutione 2. edita anno 1606.* excommunicationem sibi reuerentiam tulit, aduersus omnes Generales, Prouinciales, & Superiores cuiuscunque Ordinis: qui Religiosos sibi subditos, hæreticos, vel de hæresi suspectos Inquisitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus non denunciauerint, vel denunciare volentes impediunt, aut retardauerint. Vt latius ex tenore Bullæ constat, & notat Bonac. *1. 3. de censur. disputat. 2. quest. 9. punct. 7.*

PUNCTVM XXX.

Expenduntur excommunicationes extra corpus iuris Pontifici reuerentia, communes omnibus personis.

- 1 Declaratur excommunicatio reuerentia aduersus eps, qui pro litteris Apostolicis impetrandi se fingunt nepotes, Vicecancellarius Cardinalium, &c.
- 2 Item declaratur excommunicatio aduersus asserentes ex Ecclesijs almae Urbis lapides, vel ornamenta.
- 3 Expenditur excommunicatio aduersus accedentes ad sepulchrum Domini causâ detentionis, sine licentia Pape.
- 4 Item excommunicatio aduersus impediētes ingredi Religio-nem Monachorum B. Mariæ Montis olimeti.
- 5 Item excommunicatio aduersus asserentes, vel defendentes Ordines Prædicatorum, vel Franciscanorum non esse in statu perfectionis.
- 6 Item excommunicatio aduersus deferentes alumina de terris infidelium ad terras fidelium.
- 7 Item aduersus impediētes executionem litterarum sacrae Penitentiariae.
- 8 Item declaratur excommunicatio aduersus varias personas pro beneficijs obtinendis in Romana curia delinquentes.
- 9 Item aduersus tractantes de alienatione ciuitatum, vel locorum ad Sedem Apostolicam pertinentium.
- 10 Item aduersus retinētes scripturas Camera Apostolicae.
- 11 Item aduersus publicantes indulgentiam pecuniâ recepta.
- 12 Deinde aduersus eos qui occasione noua prouisionis in cathedralibus, seu collegiatis Ecclesijs aliquid exigunt, petunt, vel recipiunt.
- 13 Item aduersus eos qui Christianos in locis Turcaram inuentos ceperint, vel in seruitutem redegerint.
- 14 Item aduersus eos qui donationibus, vel promissionibus factis, obtinent certiores fieri prouisionem à Sede Apostolica.
- 15 Item aduersus impugnantes, vel in dubium reuocantes aliquid pertinens ad institutum, vel constitutiones nostrae Societatis Iesu.
- 16 Item aduersus exigentes iuramenta in beneficiorum prouisionem, obstantia libertati Ecclesiastica aut Decretis Concilij Tridentini.
- 17 Item aduersus duellantes, vel concedentes locum duello.
- 18 Item aduersus violantes immunitatem locis sacris debitam.
- 19 Item aduersus affirmantes licere per litteras confessorio absolvere peccata confiteri, & ab eo absolui.

K 20 Item

- 20 Item aduersus euulgantes libros, seu qualibet scripta impij Thaimuth.
- 21 Item aduersus imprimentes, aut vendentes breuiarium absque licentia inquisitorum, seu Ordinarij loci.
- 22 Item aduersus extrahentes reliquias ex cameris Romanae Urbis.
- 23 Item aduersus extrahentes frumentum, oleum, & alia ex statu Ecclesiastico. Et explicantur laicæ actiones in hac Bulla contenta.

**P**rima excommunicatio Pontifici reſeruata extra corpus iuris communis omnibus enumerari poteſt, quam tradit Leo X. in Bulla 28. quæ incipit: *Inherendo veſtigis*. quæque eſt confirmatoria Bullæ editæ ab Innocentio VIII. incipiente: *Cum ſicut*; ubi excommunicat eos qui vel litteras Apoſtolicas gratis impetrant ex toto, vel ex parte ſe ſingunt nepotes, fratres, familiares, aut continuos commenſales Vicecancellarij, aut aliorum Cardinalium, vel Abbatiatorum, ſeu ſerptorum eorundem, aut aliarum perſonarum quarumcunque ex qualitatibus, & priuilegijs, ſive ex antiqua conſuetudine huiusmodi litteras ipſas in toto, vel in parte gratis expeditæ ſolent. Eidem excommunicationi ſubiicit officiales præmiſſa fieri procurantes, ſeu permittentes, in ſuperque eos à perceptione emolumentorum, quæ occasione officij ipſis prouenire poſſunt per annum continuam ſuſpenderit. Hæc excommunicatio vix locum habere poteſt, cum nunquam ex litteræ gratis expeditæ ſint, vt aduertit Bonac. diſp. 2. quaſt. 3. punct. 3. in fine.

**S**ecunda referri poteſt ex Bulla Sixti IV. quæ incipit: *Cum prouide*, ubi Pontifex excommunicat omnes illos cuiuscunque conditionis, & dignitatis ſint, qui ex Eccleſiis, ſeu Baſilicis almæ Viſis lapides, vel ornamenta abſulerint, aut ablata habuerint, Item qui turpiendo, aut ſeruando auxilium, conſilium, vel fauorem præſtiterint. Tandem qui prædicta ſcietas non reuelauerint ſummo Pontifici per ſe, vel per alios ſaltem per minores præſentarios. Eccleſiam vobis cui hæc applicata fuerint ſubiicit Pontifex interdictio, quouſque reſtitutionem præſtet. Hanc cenſuram reputat Fillicius tract. 15. capite 5. quaſt. 21. numero 116. vſu abrogatam eſſe, cuius indicium eſt, quia in Bullario nouo non continetur. Quod probabile cenſet Bonac. diſp. 2. quaſt. 3. punct. 13. Sed quidquid ſit de hac conſtitutione quoad penam excommunicationis attinet, videtur contineri in Bulla Cæne Domini clauſula 17. & in Conc. Trident. ſeſſ. 22. cap. 11. & vlt. de reform.

**T**ertia referitur in libro Pœnitentia ſummi Pœnitentiarij teſte Archidiacono apud Sylueſt. verbo Excommunicatio. 7. n. 91. S. Antonin. 3. part. tit. 24. cap. 30. Nauarr. cap. 27. num. 109. Suar. diſp. 22. ſect. 6. num. 9. Fillicius, tract. 15. cap. 5. ad finem. Bonac. t. 3. de cenſur. diſp. 2. quaſt. 3. punct. 39. referitur inquam hæc excommunicatio in hæc verba. *Accedens ad ſepulchrum Domini caſa a deuotionis ſine licentia Pape eſt excommunicatus, & eius abſolutio Papa reſeruatur, vel ſummo Pœnitentiarij.* Dubius eſt Suar. an hæc excommunicatio vim habeat? Tum quia ſufficienter non eſt promulgata, tum quia ignoratur communitè. Tum quia non continetur in Bullario nouo, nec conſtat à quonam Pontifice lata ſit. Ob hæc rationes moueor maximè ad affirmandum hanc excommunicationem non eſſe in vſu, ſed præcipuè me mouet, quia acceſſus ad ſepulchrum Domini ob aliam cauſam, quam deuotionis non interdicitur, vt bene dicit Bonac. ſuprà, num. 4. Ergo æquum non eſt, vt acceſſus cauſa deuotionis interdicitur ſub pena excommunicationis reſeruatur. Deinde in Bullis, & Bulis, ubi agitur de voto eundi Hieroſolymam, nulla mentio fit de petenda hac diſpenſatione, & licentia ſummi Pontificis. Præterea ſi hæc conſtitutio vigeret, alicui non improbabile videtur votum Hieroſolymitanæ peregrinationis non obligare, eo quod ad eius executionem requiritur licentia ſupremi Principis. Promiſſio autem pendens à voluntate Principis, tamen includat tacitè vel expreſſè hanc conditionem, ſi Pontifex diſpenſauerit; probabile eſt nullam obligationem inducere, vt latè & eruditè probat Sanchez lib. 5. de matr. diſp. 5. num. 5. & ſeqq. quia ea quæ pender à voluntate ſupremi Principis reputatur à iure impoſſibilia. Et dato quod votum valeret factum ſub ea conditione, ſi Pontifex diſpenſauerit, ſicut valet votum Religionis ab Episcopo factum expreſſa conditione, ſi Pontifex diſpenſationem conceſſerit, atamen illa conditione non expreſſa cenſet Sanchez dicta diſp. num. 26. inuolidam eſſe promiſſionem. At cum ſecundum omnes Doctores votum abſolutum peregrinationis Hieroſolymitanæ validum ſit, indigeatque ad ſuæ relaxationem diſpenſatione Pontificis, ſit ſanè hanc conſtitutionem viribus carere.

**Q**uartam tulit Julius II. in Bulla quæ incipit: *Eri ad viſuos Regulares*; ubi in fauorem congregationis Monachorum B. Mariæ Montis Oliueti, Ordinis Sancti Benedicti prohibuit ſub pena excommunicationis ſibi reſeruatur, ne

quiquam perſonas, quæ de iure communi religionem ingredi non prohibentur ex ſæculo fugientes, & ad dictam Congregationem venire affectantes, & ad dictam Congregationem venire affectantes, aut moleſtijs quibuslibet impedire, vel prohibere, aut à monaſterijs, vel locis Congregationis eiuſdem præſentibus, vel futuris diuertere, aut ſuper hoc illis, vel eas recipientibus iniuriam, vel moleſtiam aliquam irrogare præſumat. Requiritur ergo ad contrahendam hanc excommunicationem. Tum vt is qui diuertitur habilis ſit ad ingreſſum in prædictam Congregationem, vt conſtat ex illis verbis *ſpectato iure communi religionem ingredi non prohibentur*, & ex alia parte firmum ingreſſum propoſitum habeat, vt iudicat verbum *affectantes*. Tum vt is qui diuertit violenter diuertat, moleſtiam quamlibet inferendo.

Difficultas eſt, an impediens ingreſſum in alias Religiones quæ priuilegijs prædictæ Congregationis communicant, hæc cenſura ligentur; Alicui videri poſſet non ligari, quia hæc communicatio ſolum videtur eſſe in priuilegijs, quibus religiones videntur, non autem in priuilegijs, quæ ſolum indirectè in fauorem religionum cedunt, & quorum ipſe religioſus nullum vſum habet, quæque directè, & formaliter tantum non priuilegia. Nihilominus verius eſt ad omnia hæc priuilegia priuilegium communicationis extendi, quia abſolute illa pœnalis conſtitutio in fauorem religionis edita, & ob eius cauſam lata eſt, ergo verè eſt religionis priuilegium, & conſequenter ſub communicatione priuilegiorum comprehenditur.

Quinta lata eſt à Bonifac. IX. Eugenio IV. & Paulo IV. in fauorem ordinis Prædicatorum, & Franciſcanorum, ij enim Pontifices excommunicant eos qui aſſerunt, vel defendunt prædictos Ordines non eſſe in ſtatu perfectionis, & eorum Fratibus non licere elemoſynas vitam ſuſtentare, aut conſonari, aut conſeſſiones audire de licentia Pontificis. Item qui præſatos Religioſos eiciunt à vniuerſitate Parificæ. Deinde qui violentiam locis prædicatorum Religioſorum inferunt, eorū impediant, ne poſſint in ſuis Eccleſiis celebrare, prædicare, aut elemoſynam recipere. Præterea qui poſtulas ſupradictorum Ordinum recipiant, nutrent, aut auxilium, conſilium, vel fauorem præſtant, ne ad ſuum Monaſterium redeant, ſi poſtquam ab Ordinario loci fuerint moniti à præmiſſis non deſtiterint. Tandem excommunicant eos qui libellos famoſos, vel cantilenas aduerſus Ordines præſatos edunt, retinent, vel euulgant.

An autem hæc excommunicatio afficiat eos qui prædictas actiones exercent aduerſus alios Ordines in priuilegijs communicantes cum Ordinibus prædictis? Affirmandum eſt vt probabilius ob rationem præcedenti excommunicatione allatam. Sicuti tradit Bonacina t. 3. de cenſur. diſput. 2. quaſt. 3. punct. 36. numero 6. cum Salonio, Fillicio, Gambaſupa, & alijs.

Sexta referitur ex Pio IV. in Bulla incipiente: *Apoſtolica*, 43. in ordine Bullarij antiqui, ubi Pontifex ſub cenſura excommunicationis reſeruatur prohibet deſerri alumina et terra inſidelium ad terras fidelium Catholicorum, vel præcipi deſerri, vel adducta vendere, vel emere, vel eorum delationem, venditionem, aut captionem fouere præcipue nauium, & aluminiſſe aſſecuratione. Hæc excommunicatio vſu videtur abrogata, ſiquidem in Bullario nouo nulla eſt illius mentio, atque ita indicant Bonac. tit. 3. de cenſur. diſput. 2. quaſt. 3. punct. 44.

Septima excommunicatio continetur in Bulla Iulij III. prima in ordine, quæ incipit: *Rationi congrui*, aduerſus eos qui executionem litterarum ſacræ Pœnitentia: inuoluntè impediant, aut prædicto impedimento auxilium, conſilium, vel fauorem præſtant. Et licet Iulius III. expreſſè excommunicationem non reſeruauerit, atamen implicite id fecit, ſiquidem ſtatuit ſic impediendo, conſulentes, & auxiliantes ligari ſententijs, cenſuris, & pœnis in Bulla Cæne laicis aduerſus impediendoſque litterarum Apoſtolicarum executionem. Vna autem ex pœnis, quibus hi afficiuntur eſt reſeruatio. Ergo hæc excommunicatio reſeruata eſt. Atque ita docuit Bonac. t. 3. de cenſur. diſp. 2. quaſt. 3. p. 19. num. 6. Non tamen hinc inferitur potentem abſolvere ab omnibus excommunicationibus reſeruatis (exceptis contentis in Bulla Cæne) non poſſe ab hac excommunicatione abſolvere, poteſt vti que, quia hæc non eſt excommunicatio Bullæ Cæne formaliter, ſed extra illam; tamenſi eiuſdem conditionis ex diſpoſitione legis. Exceptio autem, & reſtrictio priuilegij extendi non debet, ſed potius quoad fieri poſſit coarctari, ideoque aſſerendum eſt ſolus excommunicationes in Bulla Cæne formaliter contentas comprehendere: vt bene aduertit Bonacina ſuprà, num. 7.

Octavam tulit Paul. IV. in Bulla 12. in ordine, quæ incipit: *Inter ceteras curas*, aduerſus varias perſonas pro beneficijs obtinendis in Romana curia à Pontifice, ſeu eius Dacario, delinquentes. Non autem ſi delinquant in imperatione beneficiorum ab Episcopis, ſeu alijs Ordinarijs. Præmiſſi igitur excommunicat ſimulantes alicuius perſonam ſequi.

pro illo examini subitientes causa beneficii consequendi. Secundo impetrans beneficium pro alio etiam eo ignorante sub ipse recipiendi ab eo pensionem, aut aliquod commodum temporale, prauitate inquam simoniae interueniente. Si enim impetrans Titio beneficium, sperans ab eo tanquam ab homine grato ut beneficium quod habet tibi, vel tuo nepoti resignet, aut in aliquam pensionem liberaliter consentiat, si nullum pactum, nullave conuentione interuenit, credo sub hac censura non comprehendi, quia hac censura lata est occasione purgandi curiam Romanam à fraudibus, dolis, prauitateque simoniae, quae in beneficiis impetrandis à Datario, & Cardinalibus fuerant significata committi. At in impetratione sub ea (pe nulla fraus, nullumve dolus, aut simoniaca prauitas adest, neque ut talis cognosci potest. Ergo sub hac prohibitione hae impetratio non comprehenditur, bene tamen illa, quae ob oblationem pensionis, seu commodi temporalis tacitam, vel expressam, fit.

Denique excommunicat Pontifex eos qui pro seipsis beneficia impetrant, animo tamen illa resignandi in fauorem aliorum. Bonac. disp. 2. quæst. 3. punct. 28. numero 6. existimat re hac censura ligari, esto animum habeas resignandi ex consensu & licentia Pontificis, & non aliàs, quia dolum & fraudem committere censetur ea intentione beneficium impetrans, cuius Pontifex si conficius esset non conferret. Sed verius oppositum existimo; quia impetratio sub ea intentione non est dolosa, & fraudulenta seclusa à hac lege, ut de se constat. At hae lex fertur ad purganda fordes, fraudes & dolos, quae in curia Romana significabantur adesse in beneficiorum impetratione, antequam Pontifex legem tulisset. Ergo lata non fuit ad excludendam praedictam impetrationem. Et confirmo. Pontifex hac lege remouere intendit fraudem, & dolum cognoscibile in beneficiorum impetratione: at in dicta impetratione nequit vllum dolum cognosci, maxime si intentio animo retenta sit. Ergo sub hac lege prohibita non continetur hae impetratio. Adde non videri improbabile ex his quae tradit Bonacina disputat. 2. quæst. 3. punct. 28. in fine, hanc constitutionem non esse receptam quoad omnes actiones, seu solum quoad primam de simulatione personae, & subiectione suppositicia examini pro beneficio obtinendo, quoad reliquas vero in euentibus tantum simoniacae prauitatis. Quippe Pontifex intendit hanc constitutionem, & censuræ prolatione remouere à curia Romana, quod aliàs de se illicitum erat in beneficiorum impetratione.

Nona habetur in Bulla Pij V. 35. in ordine quae incipit: *Admonet nos*, quam Urbanus VIII. confirmat in Bulla incipiente: *Sacrofancti* edita anno 1623, pridie Kalendas, Octobris, ibi enim Pontifex excommunicat omnes & singulos causentis dignitatis, & ordinis etiam Episcopalis, & Cardinalis qui sub quocunque praetextu tractauerint, consulerint, aut aliàs verba fecerint de insecundandis, & alienandis ciuitatibus, & locis ad Sedem Apostolicam immediate pertinentibus (nisi forte fuerint localis Sedis Apostolicae ob delicta addicta, iuxta Bullam Gregor. XII. 65. quae incipit: *Tanta, tamque horrenda*: & Bullam Sixti V. quae incipit: *Hoc nostri Pontificatus initio*, vel nisi fuerint à Baronibus empta durante primo triennio, iuxta Bullam Clement. VIII. 41. quae incipit: *Iustitia ratio*, dummodo ad huiusmodi faciem consequendum oratorum merendum ad Sedem Apostolicam elegerint, qui minus acceptas eidem excommunicationi subicitur. Etenim Pontifex cauere intendit damnum, quod Sedi Apostolicae ex huiusmodi insecundationibus, & alienationibus prouenire solet, idcirco quae hanc excommunicationem prohibet horum tractationem, & oratoris in eum finem electionem, & missionem, quia tractatione facta, & oratore electo, & misso constringitur Pontifex ad insecundationem, seu alienationem concedendam. Deinde excommunicat Pontifex qui per se, vel per alium summo Pontifici insinuat, vel suaderet praedictam insecundationem, seu alienationem, quia efficacior causa extorquendi à Pontifice insecundationem, seu alienationem. Quod si dicas qualiter hae insinuatione, vel suasio inducere excommunicationem potest, facta Pontifici, nam eo ipso fit ex eius consensu. Respondendum est stare optimè posse, quod insinuatione, suasio fiat Pontifici, & tamen fiat contra eius voluntatem. Tum si praedicta suasio dolosa sit, tum si fiat post suasionis repullam.

Decima referri potest ex Bulla Pij V. in ordine 60. quae incipit: *Cum de litteris*, ubi Pontifex singulares personas excommunicationi, Ecclesias, Capitula, Conuentus, & Monasteria interdicit, subicit, eo quod scripturas Camerae Apostolicae retinuerint, aut retentores non reuelauerint. Verum, ut rectè aduertit Bonacina tom. 3. de censur. disputat. 2. quæst. 3. punct. 1. numero 1. hae excommunicatio temporalis fuit ob delicta praeterita, & reuelationem faciendam quibusdam singularibus personis ibi relatis, quae iam obierunt. Eandem excommunicationem tulit Sixtus V. in Bulla quae incipit: *Non sine maxima*. Quae eius morte videtur cessasse, ut ipsemet Bonac. numero 4. notat, quia restitutio, & reuelatio scripturarum fieri praecipitur intra sex dierum terminum proxime

Ferr. de Castro Sum. Mor. Pars VI.

futurorum, & euidam Lofredo Lomelino, quem constat obiisse.

Vndecima fertur in Bulla Pij V. in ordine 99. quae incipit: *Quamplenus*, ubi inferiores Episcoporum excommunicatione reuelata ligantur, Episcopi vero, & eorum superiores, & Cardinalibus suspensio ab ingressu Ecclesiae, & a perceptione fructuum indicitur, si pecuniam soluentibus indulgentiam puilicent, facultatemve absolendi à casibus concedant; quae publicatio, indulgentiarum, & facultatis concessio, utpotè iniuriae, & simoniacae facta à Pontifice in dicta Bulla irritatur, & annullatur, & annulatur. Vide quae dixi tr. 6. de charitate, ubi de elemosinarum quæstionibus.

Duodecima continetur in Bulla Pij V. in ordine 104. quae incipit: *Duram nimis*, edita die Kalend. Iunii, anno 1570. in confirmationem Conc. Trident. decreti, sess. 24. cap. 14. de reformat. aduersus eos qui occasione noxae Prouisionis, seu possessionis, Canoniceatum, seu beneficiorum in Cathedralibus, seu Collegiis Ecclesiis consentientium aliquid petunt, exigunt, vel recipiunt sibi, vel aliis applicandum, fructusve beneficiato prouenturos inter se diuidunt. Hae enim simoniacam labem, sordidamque auaritiam redolent. Quapropter hae committentes si Episcopo inferiores fuerint excommunicationis vinculo innodantur; Episcopi vero, eorumque Superiores à Pontificia libus suspenduntur, capitula, & collegia subiciuntur interdictioni.

Huic constitutioni non aduersatur consuetudo plurium Ecclesiarum, qua noui Canonici, vel beneficiati nihil per semestre, vel annum recipiunt ex beneficii fructibus, sed inter antiquos diuiduntur, totidem tamen post illorum mortem referuntur pro solutione debitorum, & funeralium, quia hi fructus non celeriter oblati, sed dilati, ut ait Barbosa decisum in remissionibus Concilij in hae verba: Neque hoc decreto, neque Bulla Pij V. comprehenduntur statuta Ecclesiastica deseruendi per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendi interim de massa grassa, nisi peracto integro decreto seruitio idque post obitum haeredibus deberi, cum potius sit differre, quam auferre, & notauit Gutierrez. canonice. qq. lib. 1. cap. 29. num. 30. Neque item aduersatur praedicto Concilij decreto, & Pij V. constitutioni consuetudo erogandi aliquid fabricae, vel alteri loco pio, & notauit Gutierrez. dicto cap. 29. in fine. Solum est aduertendum Pium V. in sua Bulla statuisse, ut vbiunque beneficii fructus, & distributiones fabricae vel fabricae, aut alterius pio loci vbius ultra semestrem tempus reperiantur concessi, horum dumtaxat dimidia pars ipsi fabricae, vel fabricae, aut pio loco deinceps tributum alteram vero beneficiatis integre percipiat. Sicuti aduertit Bonac. t. 3. de censur. disp. 2. quæst. 3. punct. 2. numero 5.

Decimatertia habetur in Bulla 149. Pij V. quae incipit: *Li- cet omnibus non solum sit Bullam hanc*, ubi Pontifex excommunicationi subicit sine sacri foederis militem, sine quemcumque alium qui Christianos in locis Turcarum inuentos ceperit, & in seruitutem redegerit, ipsosque inuitos ad remigandum coegerit, etiam mercede soluta, vel illorum bona abstulerit, cum omnes obligati sint dictos Christianos amabilius tractare, ac liberè cum liberis suis, coniugibus, & bonis abire permittere.

Probabile tamen est hanc excommunicationem solum astrinxisse eos, qui praedictas actiones exercuerint eo tempore, quo bellum illud cum Turcis gestum est, occasione cuius lata fuit hae excommunicatio: ut tradit Bonac. tom. 3. de censur. disputat. 2. quæst. 3. punct. 16. num. 1. Tametsi oppositum probabilis censetur, motus illis verbis: *Nullus deinceps sine sacri foederis miles, sine alius Christianus*. Nam ly alius & deinceps indicat pro futuris temporibus hanc constitutionem latam fuisse.

Decimaquarta referri potest, quam aliqui Doctores testantur tulisse Gregor. XIII. aduersus eos qui donationibus, vel promissionibus factis obtinent ceruores fieri prouisionum beneficiorum à Sede Apostolica. Quae excommunicatio cum non reperiat in Bullario nouo, & plures Doctores eam omittant, non leue indicium est vlu receptam non esse, ut testatur Fillucius tractat. 15. capite 5. quæst. 2. Posito autem receptam esse, eam tamen incurrit qui praecise prouisionatione pecuniam promittit, vel donat, nam si pro labore, & diligentia in his nouitiis mittendis praestanda, seu in stipendium, quia ad haec, & alia munera destinatus est, non videtur sub hac censura comprehendi: Sicuti non comprehenduntur ipsi nunciatus, & pecuniam recipientes, ut acuerit Fillucius loco citato. Bonacina titul. 3. disputat. 2. quæst. 27.

Decimaquinta eiusdem Gregor. continetur in Bulla 89. Pij edita 14. mensis Iunii, anno 1584. & incipit: *Ascendente Domino*, ubi qui Gregorius excommunicat eos qui institutum Societatis, vel eius constitutiones, aut istius Bullae dispositionem, vel aliquem huius Bullae, vel constitutionum articulum impugnat, vel eis contradicere, directè, vel indirectè ausi fuerint quouis disputandi, vel etiam indagandae veritatis quaesito colore. Impugnare autem censetur qui argu-

K 2 menta

menta adducit ad probandum constitutiones, aut aliquem illarum articulo non esse rationi consonum, nec prudenter ordinatum, eaque argumenta tanquam ex se efficacia insoluta relinquit. Secus esset si propositis his argumentis ea solveret, nam eo casu non impugnatur institutum, sed confirmatur, ut notavit Rodrig. t. 1. q. 9. regul. q. 1. art. 5. ad finem. Bonac. t. 3. de censur. disp. 2. q. 3. p. 3. num. 3.

Præterea prohibet Gregor. & sub excommunicatione, uti aduertit Bonac. supra num. 5. Et Filiucius tract. 15. cap. 6. quæst. 6. ibi, Ne quis sine extra, sine intra, sine intra Societatem, nisi de illis Generalis, aut inferiorum Præpositorum licentia notaciones, declaraciones, glossas, vel scolia vlla super præmissis (hoc est super instituto Societatis) eius constitutionibus, vel ipsa Bulla Gregorij, aut aliquo illorum articulo facere, vel ea nisi quantum verba ipsa sonant interpretari, aut de eis discipulare, seu scriptum quemquam incitare, vel in controuersiam, aut dubium reuocare nudaat quocumque modo, nec glossas, sine interpretationes sine impressas, sine scriptas ad id pertinentes legere, docere, aliisque tradere, vendere, vel apud se retinere presumat. Notanda sunt singula verba, in quibus Pontifex intendit Societatis institutum, & constitutiones protegere, ne maleuolorum ingenio aliquid illatum labefacteretur. Deinde aduertit glossas, & notaciones super instituto, & constitutionibus prohiberi, si directæ, & ex proposito fiant, secus si incidenter, & occasione alterius materia tractandæ, & pro illius pleniori intelligentia: uti aduertit Bonac. dicta disp. 2. q. 3. p. 3. num. 6. Quinimo neque hæc glossæ, & notaciones prohibentur absolute, sed editæ ab ique Præpositi generalis, vel aliorum inferiorum Præpositorum licentia.

16 Decimalexta habetur in Bulla 93. eiusdem Gregorij, edita anno 1584. cuius initium est: *Insuper Apostolicos*: ubi Pontifex eos qui in beneficiorum, & officiorum tam Ecclesiasticorum tum secularium electione, confirmatione, prouisione, receptione, admissione exigunt à prouisis iuramenta impossibilia, illicita, damnosa, vel libertati Ecclesiastica, aut decretis Conc. Tridentini obuiaant, etiam prætextu cuiuscunque consuetudinis, aut iam præstita, reddita, vel exacta super eorum obseruatione quemquam in iudicio, vel extra inquietare, vel turbare ausi fuerint, si Episcopi sint à Diuinis suspendit; capitula verò, & conuenus, eorumque Ecclesiasticas, & loca omnia interdictione Ecclesiastica supponit, singulares personas excommunicationis sententia subicit. Præstantes verò huiusmodi iuramenta, nullâ censurâ innotantur, sed solum priuantur ipso facto vsu, & commodo rei, & gratiæ cuius causa mouerint, si scilicet talia iuramenta præstituerint, & ut latius ex ipsa Bulla constat.

17 Decimaleptima excommunicatio habetur in Conc. Trident. sess. 25. capit. 19. de reformat. aduersus dominos temporales, concedentes locum duello, item aduersus duellantes, eorumque patronos. Deinde aduersus suadentes duellum. At Gregor. XIII. in sua constitutione 82. incipiente: *At tollendum detestabile*, extendit penas latas in Conc. Trident. ut locum habeant in duello priuato, & in loco priuato, & non tuto, modo ex condictione loco, tempore, pugna fiat. Insuper Clemens VIII. anno 1562. 16. Kalendas septembris, variis modis prædictas constitutiones extendit: nam ex constitutione Clementis ligantur excommunicatione non solum pugnantes in duello, sed prouocantes ad duellum, tamen si duellum per ipsos non sequatur, quia prouocatio est actio prædicta constitutione principaliter punita, ut aduertit Bonac. t. 3. de censur. disp. 2. q. 3. p. 3. num. 3. sed quia de his constitutionibus, & penis ibidem contentis egi tract. 6. de charitate disp. 5. p. 7. ideo ab eorum tractatu in præsentibus superiorem est.

18 Decimaoctaua lata fuit à Gregor. XIV. in Bulla incipiente: *Cum alias nonnulli in fauorem immunitatis debita locis sacerdotum*, de qua late egi 2. prælat. 11. præcipue p. 12.

19 Decimanonam tulit Clemens VIII. in quodam Decreto, edito in generali Congregatione sanctæ Inquisitionis, ubi hanc propositionem, videlicet licere per litteras, seu nuntium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus vi fallam, temerariam, & scandalosam damnauit, ac prohibuit, præcepitque ne deinceps ista propositio publicis, priuatisve lectionibus, concionibus, & congressibus doceatur, nec vnum aliquo casu, ut probabilis de eisdatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur. Quod si quis illam docuerit, defendente, Imprimi fecerit, aut de ea disputatio tractauerit (nisi forsitan impugnando) vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit præter excommunicationem late sententiæ, quam ipsi facto incurrat, à qua non possit, præterquam in articulo mortis, ab alio quocunque dignitate fulgente, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ maiore penitentiario, nisi à Romano Pontifice pro tempore existente absoluit, alius etiam penis arbitrio infligendis subiaceat.

Et quoniam in prædicto Decreto videtur damnari illa copularia propositio, scilicet licere per litteras confessario

absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad cuius veritatem necessaria est vniuersalque propositio categoricæ affirmatio, ita ut non sufficiat affirmare licere per litteras sacramentaliter Confessario absenti confiteri, nisi simul asseras & ab eodem absente absolutionem obtinere. Attamen quia contouersia erat, an absolutio per litteras, vel interuenium à confessario absente possit obtineri, ea de causa dicendum est huic Decreto contradicere, qui solum affirmaret absolutionem sacramentalem præstari posse à Confessario absente, tamen nihil de confessione sacramentali exprimeret. Quinimo factis probabiliter existimo illam propositionem hypotheticam resoluti in duplicem categoricam, præstareque hunc sensum: Si quis docuerit, vel defendente hanc propositionem, videlicet licere per litteras, seu interuenium Confessario absenti sacramentaliter confiteri, vel ab eodem absente absolutionem obtinere, &c. sæpe enim dictio & disunctiue accipitur, ac si dictio vel apposita fuisset, ut pluribus comprobatur Gonzalez reg. 8. cancellar. Gloss. 3. num. 14. Cencio præf. q. singular. t. 1. numero 7. August. Barbosa de dictionib. & clausulis, diu. 3. num. 18. Neque obest ex Conciliis, & Rituali Romano præscriptum esse moribundum qui in absentia Confessoris absolutionem postulat, siquæ contritionis exhibuit, absolutionem præstandam esse à sacerdotibus postmodum accedente, quia postulat absolutionis, exhibitoque contritionis in absentia Sacerdotis non est censenda confessio sacramentalis, quousque ipsi Confessor accedenti ad moribundum notificetur, & manifestetur per testes, qui prædictis signis contritionis præfentes fuerint.

Et licet Pontifex solum de licito vsu absolutionis, & confessionis videatur locutus, ut indicant illa verba licere per litteras, non autem de valore absolutionis, vel confessionis: quia in hoc Sacramento regulariter valor cum licito vsu coniungitur, damnans asserentem licere absolutionem, & confessionem in absentia, consequenter damnat qui assereret validam fore eam absolutionem & confessionem.

Quocirca præsentis Decreto sub pota excommunicationis referuntur, aliisque penis arbitrio Ordinarij infligendis præcipitur, ne quis prædictam propositionem doceat, vel defendat publicè, vel priuatim tanquam veram, vel probabilem, neque eam imprimi faciat, aut de ea disputet, nisi ad eam impugnamdam: necve eam ad praxim directè, vel indirectè deducat, quod sine dubio præstaret, si absolutionem in absentia conferret, vel alium induceret ad absolutionem in absentia præstandam.

Veigesima traditur à Clemence VIII. in Bulla 20. eiusdem, incipiente: *Cum Hebræorum malicia*, aduersus eos qui libros, seu codices, tractatus, volumina, aut quilibet alia scripta impij Thalmuth tacite, vel expressè errores contra sacram Scripturam continentia, necnon contumelias, impietates, & blasphemias contra Deum, sanctissimam Trinitatem, & saluatorem nostrum Iesum Christum, Sacramenta, sacras imagines, ac contra Christi fideles, præfatum Episcopos, Sacerdotes, & alias personas Ecclesiasticas, ac etiam contra nuper conuersos ad fidem, & Neophytos, & alios contra Religionem Catholicam, vel in quibus etiam impudicæ, & absæcne narrationes memorantur, etiam sob prætextu quod expurgata fuerint, vel donec expurgentur ausus fuerit retinere, habere, legere, edere, typis excutere, describere, vel exemplare aduherere, emere, vendere, docere, commutare, quomodolibet distrahere, vel alienare, aut pro his libris habendis, scribendis, seu imprimendis, vel tradendisque asserendis, seu transuehendis, vel pro impedienda eorumdem legendorum licentia opem Hebræis præfatis, aut consilium, auxilium, vel fauorem impendit. Hæc enim excommunicatio coincidit ex parte cum excommunicatione contenta in Bulla Cæna, aduersus legentes, vel retinentes libros hæreticorum errores continentes, vel de religione tractantes. Sed quia contingere potest libros, & commentaria impij Thalmuth non ab hæretico compilatos esse, sed ab ethnico, & infideli, vel à fidei impio, & blasphemio, merito Clemens VIII. prædictam constitutionem editit, cuius materia per se manifesta est, neque explicatione indiget.

Veigesimapræima continetur in decreto Clementis VIII. die 10. Maij, edito anno 1602. & initio Breuiarij constituto; ibi enim Pontifex, ut breuiaria iuxta præscriptum Conc. Trident. & Pij V. imprimantur, statuit, ne vllas Typographus, aut Bibliopola breuiarium imprimere, aut vendere presumat absque licentia in scriptis obteuta Inquisitionum hæreticæ priuatis ubi existunt, aut illis deficientibus Ordinarij loci, alioque Typographi, & Bibliopole extra Urbem excommunicationi reseruate subiiciantur. Typographi verò, & Bibliopole in Vrbe, & in reliquo statu Ecclesiastico commorantes incidunt in penam quoquinginta ducatorum auri, & amissionis librorum, & typonum Camere Apostolicæ, eo ipso applicandam. Inquisitioni verò, vel

Ordina

Ordinatus loci antequam huiusmodi licentiam concedat, teneat breviter imprimenda, & imprella conferre cum breviter auctoritate Clement. V. III. recognito, nullo modo permittere aliquid addi, vel adimi, ita ut in ipsa licentia originali manu propria subscripta, si dem factae de collatione, & conformitate, alioquin Inquisitor ipso iure privatur suo officio, & inhabilis ad illud reddatur, & ad alia in posterum obtinenda: Ordinarius vero suspensione à Divinis, & interdicto ab ingressu Ecclesiae ipso facto innodatur: eius autem Vicarius privatione, & inhabilitate ad illa, & alia in posterum obtinenda eo ipso afficitur. Haec censura ad versus Ordinarios, & eorum Vicarios reservata non fuit, quia nullum est verbum in dicto Decreto, quod reservationem indicet, vt advertit Bonac. tit. 3. de censur. in fine libri.

11. Vigesima secunda continetur in Decreto edito à Cardinali Mileno Romae Vicario 24. Augusti anno 1613. de mandato summi Pontificis Pauli V. & in alio edito sequenti anno publicato, vbi excommunicationi subiiciuntur, qui aliquas sanctorum reliquias etiam in modica quantitate ex ceteris, cryptis, vel catacumbis extirpaverint, vel extractioni cooperari fuerint, auxilium vel fauorem praestantes, vel qui illius loci, à quo extrahuntur, autem habentes permiscerint, seu conferentur extractioni: ac tandem qui prelatas reliquias receperint, scientes extrahat fuisse absque Pontificis licentia Notarij verb. & alij quicunque etiam Regulares qui fidem publicam, vel privatam facerent absque licentia Vicarij circa extractionem, donationem, confirmationem, translationem, aut quemlibet aliam contractum, vel transactionem, in qua de Reliquiis mentio habetur, tamen excommunicationi non subiiciantur, subiiciuntur tamen privationi officij & alius poenis.

Alii videri possent probabile hac excommunicatione non comprehendi exteros Romae venientes, neque ibi diu commorantes, quia probabile est legibus, & praecipis particularibus affici exteros breui recessuros, sed verius censore hac excommunicationem extendi ad omnes tam ibi commorantes, quam illic confluentes, quia etiam lata sunt à Cardinali Mileno Romae Vicario, lata sunt ab illo non quatenus Vicarius erat, sed quatenus ipse à Pontifice commissa fuit facultas praedictam excommunicationem promulgandi, atque adeo nomine ipsius Pontificis, ita ut ipsemet Pontifex censetur censuram illam tulisse. Nam cum extractio reliquiarum potius fiat ab exteris quam iis qui Roma commorantur, opus erat prohibitionem ad exteros praecipue extendi, non satis extractioni consilium esset. Eo quoque interfecto non evanuisse hanc constitutionem morte Cardinalis Mileni, aut eius officio finito, quia non ipsius nomine, sed Pontificis lata fuit, & non per modum praecipis sed legis, & constitutionis perpetuo valitura: & notat Bonac. tit. 3. de censur. disp. 2. q. 3. p. 13.

12. Vigesima tertia continetur in Bulla Urbani VIII 11. Kalend. Novemb. 1614. qua incipit: *sapienter*, aduersus eos qui frumentum, blada, legumina, & oleum ex statu Ecclesiastico extrahunt, hoc est ex locis Ecclesiae immediate subiectis, & ad loca extra Ecclesiam, imò ad loca mediae Ecclesiae subiecta deferunt mercimonij causa. De qua re varias constitutiones eviderunt Pontifices, specialiter Sixtus IV. Iulius II. Clemens VIII. Pius V. Gregorius VIII. Clemens VIII. Paulus V. vt refert Bonacina tit. 3. de censur. disputat. 2. quest. 3. punct. 22. Dispositioni tamen Urbani vepote vltimae standum est. Pro cuius explicatione ad me non esse prohibendum praesenti Bulla Urbani VIII. extractionem illarum rerum quae in Bulla exprimitur factam occasione scilicet suamque familiam alendis, vel ob alium quencunque finem praeter mercimonium, tamen in magna quantitate, vt constat ex illis verbis *mercimonij causa* dispositionem restringentibus, & notant Bonacina dicta. pun. 48. num. 8. Res vero quae extrahi debent ex statu Ecclesiastico sunt frumenta, blada, legumina, & oleum. Nam licet Urbanus VIII. hac non expresserit, quia tamen confirmavit, & innovavit Bullam Pij V. Gregorij XIII. Clementis VIII. Pauli V. in quibus hac expressa erant, ideo censenda sunt sub eius constitutione comprehendi. Neque obest quod Paulus V. anno 1606. in sua Bulla qua incipit: *Pro peculiari*, olei mentionem non fecerit, quia illa Bulla confirmatoria est anno praecedentis lata incipientis: *Inter grauisimas*, in qua olei mentio facta est. Praeterea quod sub illis verbis: *Et id annons genus oleum* comprehenditur, vt notat Fillucius tract. 1. capite 6. q. numero 1. c. 6. Bonacina pun. 42. numero 6. Nominis frumenti, & bladi veniunt triticum, hordeum, auena, sar, siligo, & quaecunque semina aristas emittentia, non autem poma, pyra, nucea, alia, cypa, & consimiles fructus, vt tradit Bonac. dicto punct. 42. numero 3. Nominis leguminum venit quicquid terrae satis in silicis nascitur, vt sunt fabae, pinz, cicer, lentesc, & similia, sicuti expoluit Ambrosius Calpini verbo *legumen*. Nominis olei manifestum est intelligi liquorem illum pinguem ex oliis extrahitur.

Est de Castro Sum. Mor. Pars VI.

Etum. Qui igitur aliqua ex praedictis in magna quantitate extraheret ex statu Ecclesiastico ad non Ecclesiasticum mercaturae causa, in excommunicationem incidet.

Notante dixi in magna quantitate, nam haec semper requiritur ad peccatum mortale, & excommunicationem maiorem incurrendam. Quae autem in praesenti sit magna quantitas non est facile desinare. Alij asserunt illam esse censuram, quae detur in potestatem in sustentationem familiae pro tribus, vel quatuor diebus. Alij quae à tribus equis deferri nequit. Sed rectius Bonacina dicto tit. 3. disputat. 2. quest. 3. punct. 42. numero 13. arbitrio prudentis decisionem remittit, credens quantitatem, quae vno quoque deferri potest modicam esse, & grauitatem enim vel leuitatem materiae desumenda est ex fine, per constitutionem intento. Finis autem constitutionis est impedire, ne status Ecclesiasticus caritatem frumenti, leguminis, & olei patiat. Ea igitur extractio quae hanc finem grauiter obiret quaeque ex se valeat hanc caritatem inducere, reprobanda est grauis materia excommunicationi subiecta, non alia.

Hac excommunicatio est reservata non sit expressè in Bulla Urbani VIII. at tacite, & implicite referatur, quatenus promittit extractionem, & delationem praedictarum rerum sub poenis, & censuris contentis in Bulla Gregorij XIII. & Pauli V. At censura ibidem contenta reservata erat, ergo lata in Bulla Urbani reservata censenda fuit: atque non est prohibito sub eadem poenis, & censuris, sed sub diuersis, vt docet Fillucius tract. 1. cap. 6. q. 7. numero 147. in fine, tametsi contra sentiat Bonac. disputat. 2. q. 3. punct. 42. num. 6.

Sed est dubium, An extrahens farinam sub praedicta prohibitione continetur? Ratio dubitandi est, quia farina non est formaliter frumentum, cui ex frumento concitatur. Ergo sub prohibitione extrahendi frumentum farina comprehendit non debet. Non enim lex poenalis, & obiosa extendenda est ultra verborum proprietatem. Atque ita docet Bald. lib. 1. Cod. de fidei. Et licet expens. & leg. non aut. c. Co. de leg. b. Alben. & alij reati à Iulio Claro, & Azor. socij referendis sed contrarium longe probabilius est scilicet sub prohibitione frumenti farinam comprehendit, vt docentur alij relati Iulius Clarus in pract. q. criminal. q. 82. Ioann. Azor. in pract. mora. lib. 3. cap. 26. quest. 2. ver. quares. Fillucius tract. 1. capite 6. quest. 9. numero 158. Dauid. in exposte. bulla Cens. Romae, lib. 1. capite 3. q. 4. numero 9. Bonacina tit. 3. de censur. disputat. 2. quest. 1. punct. 42. numero 4. Ratio est quia farina proprie, & in rigore frumentum est, & in minus partes redactum: ergo sub frumento comprehenditur. Alioquin plurimum derogaretur legi prohibenti frumenti extractionem, si farina extrahi posset, neque Pontifex caritatem annonae satis consideret prohibens frumenti extractionem, permittit extractionem farinae. At quotiescunque lex aliqua iuris reddatur extensione non acta ad aliquem casum, extendit ad illum debet. Argum. *si quis de sententia excommunicationis, & quocunque in praesenti Regulis in 6.* Ergo etiam farina sub frumento non comprehenditur ob vitandam illusionem legis prohibentis extractionem frumenti, ad farinae extractionem lex extendi debet.

Ob eandem ferè ratione estimat Fillucius tractat. 1. cap. 6. quest. 9. numero 158. panem coctum sub frumento comprehendit, quia panis coctus ex frumento conficitur. Ergo prohibito frumento panis prohibitus est. Neque opus erat in prohibitione panem exprimeret, cum satis censeretur expressus facta prohibitione illius, siue quo ipse consistere nequit. Praeterea frumentum communi vsu deferunt non potest nisi redactum in farinam, & panem coctum, ergo prohibens frumentum extractioem praecipue intendit prohibere extractionem farinae, & panis cocti. Denique permittit panis extractione, non satis impedita esset annonae caritas. Nihilominus est haec sententia probabilis sit, probabiliorum existimo negatim sub frumento panem comprehendit, quam docuit Bartol. in leg. qua felico. §. illud. ff. de legatis 3. vbi inquit appellatio materiae non venit materiam, hoc est ex materia confectam: cui sententiae fauet lex, sicut lanam, ff. eodem tituli, dicens lanam appellatione non venit lanam netam, id est, in filum redactam. Ergo multo minus veniet tela ex lana confecta. Ergo sub nomine frumenti non venit panis, vtpote ex frumento confectus. Et ratio omnium est, quia panis est ex frumento confectus, à frumento specie differt, vt communi tradit sententia, quod in farina non procedit. Ergo sub frumento comprehendit non potest maxime in lege poenali, vbi strictior interpretatio facienda est. Praeterea extractio panis regulariter obstat non potest grauius fini à legislatore in hac lege intento, vtpote quae annonae caritatem vix inducere possit, cum difficile sit in magna quantitate extrahi, & diu conferuari.

Ex his soluentur fundamenta oppositae sententiae. Ad primum concedo panem ex frumento confici, ideoque interdicto frumento panem interdictum esse, panem inquam confectum